

silia evangelica viguisse et adhuc vigere in eadem Ecclesia innumeræ prope religiosorum familiæ quæcumque perfectioni student tum proximorum utilitati, ineluctabile sunt documentum. Insuper prophetie ac miraculorum dona, ceterorumque charismatum per viates singulas quamplurimos in eadem Ecclesia clariusse monumenta indubia testantur, que nonnisi ab incredulis despici possunt (1), nec pauci adversarii fatentur: rigidum præterea examen quod de iis instituti solet quamvis rationabilem dubitationem de illorum veritate excludit (2). Mira demum concidunt in gentibus convertendis præditam eamdem Ecclesiam esse, fidem facient populi omnes qui

quinkue aut septem in sanctorum album referri solent post longum, et accutum de virtutum omnium in summo gradu exercito examen, de quo mox dicimus, non sicut Sane a Pio VII. an. 1807. quinque, et a Gregorio XVI. totidem die 23. Maii 1839. sanctis adscripti sunt. Sic Ecclesia romana quæ vera Christi Ecclesia est, producit fructus suos.

(1) Cf. Jodocum Coccium op. et loc. cit. *De signis ecclesiæ*, art. XIII. *Perpetuius miraculus veram ecclesiam a falsa et internoscit*, ubi exhibet catalogum illustrum Ecclesia miraculorum ante et post Christum natum ad hanc usque tempora; nempe 1830. Quamvis non omnia, que hic antea recenset miracula ad critices severioris leges exiguntur, plura tamen sunt, que in dulium absque levitate ac temeritate revocari nequeunt. Vid. etiam Segneri *L'Incredulo senza scusa* p. II. cap. 5-9. Card. Gotti *La vera chiesa di Cristo* Bologna, 1719. tom. I. cap. 2. Bollandistæ mens. septemb. tom. VI. edit Antwerp. ad diem XIX. pag. 552. § 59. « Ostenditur luculentissimum testimonium gratianæ miraculorum perseverasse in Ecclesiæ inaudite columna Joannis Clerici id impudenter negantur.»

(2) Confecto examine, ac per decretum pontificis dubio de virtutibus resoluto, aliud proponitur a sac. rituum congregatio: *An et de quibus miraculis constet ad effectum quo agitur?* Hic iam supponit confessus juridicus processus de facti veritate, et inquiritur in ejus valorem ac naturam, et gradum miraculorum, que patrata ad invocationem aliquius servii Dei perhibentur. Ut porro felix hujus resolutionis exitus contingat, requiratur 1<sup>o</sup> Ut constet per testes de visu, aut etiam de auditu a testibus de visu, aut præterea a testibus auditus de auditu, de utroque, ut vocant, miraculi extremo, mortis e. g. et exaltationis, morbi et sanationis. 2<sup>o</sup> Cum de hoc posteriori miraculorum generè sermo est, constare præterea debet de septem concurrentibus ad vere et proprie dictum miraculum constitendum; quod scilicet morbus sit gratis, vel impossibilis vel curato difficilis; quod morbus, qui depellitur non sicut in ultima parte status, ita ut hanc multo post declarare debeat; quod nulla adhibita fuerint medicamenta, vel, si fuerint adhibita, certum sit ea minime profuisse; quod sanatio subito sit atque instantanea; quod sanatio sit perfecta, non manca vel concisa; quod nulla notata digna crux precedat temporibus debitis, et cum causa; postremo quod sublatus morbus non redeat. 3<sup>o</sup> Ut vero tuto de his constare possit, præter testes de quibus diximus, adsciscuntur a causa postulatoribus medici, pharmacopole, chirurgi etc. ii minimus omnes qui curam agroti suscepunt; deinde qui adiutorum ab iisdem postulatoribus ali ad minus duo medici doctrinae præstantes, ut circa morbi naturam et sanitatem suffragantur; præter quos duo alii a sacra congregatione deputantur, ut pro rei veritate iterum rem expendant, et suffragium in scriptis emittant, qui omnes et singuli, nonnisi interposto jurisprudientia sacramento suum possunt aperire sententiam. 4<sup>o</sup> Ut constet de invocatione sive expressa sive tacita per applicationem imaginis aut reliquiarum servi Dei, vel ab inferno, vel ab alio aliquo. 5<sup>o</sup> Hæc omnia ad tritum ter revocantur, apotis semper novis promotoris fidei seu oportunitatis animadversionibus, et donec ejusvis dubitationis vel levissimi haud fuerit duplum inhecila, non pronuntiat s. Sedes veritatem miraculi, scilicet de illo constare. Si vero vel unus superius in recensiti defectus, qui tolli non possit, miraculum plane rejicitur. Cf. Benedict. XIV. *De beatitudine et canonizat. sanctorum*, lib. IV. p. 1. cap. 8. n. 2. seqq. Nunc provocamus acatholicos omnes, ut inventiant aliqui tribunal in quo severo adeo examini subjiciantur quæcumque cause. Attamen ipsi sunt qui rident miracula ecclesiæ romane!

(1) *Analisi della propagazione della fede*. Lione 1820 seqq.

(2) *De Ecclesia romana* scripsit s. Ireneus lib. III. cap. 5. « In qua semper ab his qui sunt undique conservata est ea quæ est ab apostolis traditio. » S. Cyprianus semper eam quæ cum romano episcopo communicavit catholicam significavit; scribens enim ad Antonianum, ep. LII, ut eum

ab ætate apostolica in Christum credideront (1). Cum igitur ex fructibus cognoscatur arbor, et ex actionibus vita, patet romanam Ecclesiam esse plantationem illam quam plantavit Pater celestis; esse corpus vivum, corpus Christi mysticum vita ac vigore pollens, anima seu gratia sanctificante informatum cum virtutibus reliquis, que ex ipsa et cum ipsa subsistunt.

Catholicam pariter esse romanam Ecclesiam, seu ad eam spectare catholicitatæ notam duo illa criteria, quibus hac nota juxta dicta distinguuntur, apertissime conficiunt. Etenim Ecclesia romana imprimis ubique semper diffusa est, ac ubique diffunditur, et ita diffunditur, ut eadem plane sit sive unitate fidei, sive unitate communionis tum ratione temporis, tum ratione loci. Sane ad diffusionem quod attinet, universas provincias sive orientales sive occidentales Ecclesiam romanam occupasse constat ex disputationibus patrum adversus haereticos, potissimum vero adversus schismaticos novatianos, donatistas, luciferianos, etc. (2); post detectas indicas regiones illico Ecclesiam romanam ante et post Christum natum ad hanc usque tempora; nempe 1830. Quamvis non omnia, que hic antea recenset miracula ad critices severioris leges exiguntur, plura tamen sunt, que in dulium absque levitate ac temeritate revocari nequeunt. Vid. etiam Segneri *L'Incredulo senza scusa* p. II. cap. 5-9. Card. Gotti *La vera chiesa di Cristo* Bologna, 1719. tom. I. cap. 2. Bollandistæ mens. septemb. tom. VI. edit Antwerp. ad diem XIX. pag. 552. § 59. « Ostenditur luculentissimum testimonium gratianæ miraculorum perseverasse in Ecclesiæ inaudite columna Joannis Clerici id impudenter negantur.»

(2) Confecto examine, ac per decretum pontificis dubio de virtutibus resoluto, aliud proponitur a sac. rituum congregatio: *An et de quibus miraculis constet ad effectum quo agitur?* Hic iam supponit confessus juridicus processus de facti veritate, et inquiritur in ejus valorem ac naturam, et gradum miraculorum, que patrata ad invocationem aliquius servii Dei perhibentur. Ut porro felix hujus resolutionis exitus contingat, requiratur 1<sup>o</sup> Ut constet per testes de visu, aut etiam de auditu a testibus de visu, aut præterea a testibus auditus de auditu, de utroque, ut vocant, miraculi extremo, mortis e. g. et exaltationis, morbi et sanationis. 2<sup>o</sup> Cum de hoc posteriori miraculorum generè sermo est, constare præterea debet de septem concurrentibus ad vere et proprie dictum miraculum constitendum; quod scilicet morbus sit gratis, vel impossibilis vel curato difficilis; quod morbus, qui depellitur non sicut in ultima parte status, ita ut hanc multo post declarare debeat; quod nulla adhibita fuerint medicamenta, vel, si fuerint adhibita, certum sit ea minime profuisse; quod sanatio subito sit atque instantanea; quod sanatio sit perfecta, non manca vel concisa; quod nulla notata digna crux precedat temporibus debitis, et cum causa; postremo quod sublatus morbus non redeat. 3<sup>o</sup> Ut vero tuto de his constare possit, præter testes de quibus diximus, adsciscuntur a causa postulatoribus medici, pharmacopole, chirurgi etc. ii minimus omnes qui curam agroti suscepunt; deinde qui adiutorum ab iisdem postulatoribus ali ad minus duo medici doctrinae præstantes, ut circa morbi naturam et sanitatem suffragantur; præter quos duo alii a sacra congregatione deputantur, ut pro rei veritate iterum rem expendant, et suffragium in scriptis emittant, qui omnes et singuli, nonnisi interposto jurisprudientia sacramento suum possunt aperire sententiam. 4<sup>o</sup> Ut constet de invocatione sive expressa sive tacita per applicationem imaginis aut reliquiarum servi Dei, vel ab inferno, vel ab alio aliquo. 5<sup>o</sup> Hæc omnia ad tritum ter revocantur, apotis semper novis promotoris fidei seu oportunitatis animadversionibus, et donec ejusvis dubitationis vel levissimi haud fuerit duplum inhecila, non pronuntiat s. Sedes veritatem miraculi, scilicet de illo constare. Si vero vel unus superius in recensiti defectus, qui tolli non possit, miraculum plane rejicitur. Cf. Benedict. XIV. *De beatitudine et canonizat. sanctorum*, lib. IV. p. 1. cap. 8. n. 2. seqq. Nunc provocamus acatholicos omnes, ut inventiant aliqui tribunal in quo severo adeo examini subjiciantur quæcumque cause. Attamen ipsi sunt qui rident miracula ecclesiæ romane!

omnes, schismata, factiones, sectæ, increduli omnes quovis tempore conspiraverint et adhuc conspirent; et eum illis vires contra eam conjunxerint judicia perfidia, et pagana superstitione; 5. ex ipsa haud paucorum adversariorum agendi ratione, qui quamvis aperte ab ea divisi sint, adhuc se tangere ad illam pertinere contendunt, ne schismati aut haeretici antistanti (1).

Nota denique apostolicatus romanam frui Ecclesiæ compertum sit ex nunquam interrupta romanorum pontificum successione a s. Petro ad nos usque, et episcoporum omnium per orbem ecclesiarum, quæ cum ipso communicant et communicant in unitate fidei et communionis ad hanc usque tempora. Adeo hæc successio explorata est, ut neque ab adversariis in dubium revocetur sive quoad partem ejus materialis, sive quoad formalis. Extorquet ipsum admirationem ejusmodi successio, qua sit, ut apostolica sedes decem et octo seculorum tractu adhuc perseveret inter tot vicissitudines sive religiosas, sive politicas quas Europa universa subiit, et ita perseverat ut in pleno vigore subsistat (2). Adeo firma est illa petra quam nunquam viceverunt superbæ inferiorum portæ! Quot tamen impetus ea sustinere non debuit? Ille solum ignorat qui hospes plane sit in christiane religionis historia: attamen insanus conatus splendidiores efficerunt ejusmodi triumphos, siquidem incassum omnes illi impetus cesserunt, et mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura formidans! (Cantic., IV, 4).

certiore facheret quod communicaret cum Ecclesia catholica hi verba utitur: « Scriptisti etiam ut exemplum earundem litterarum ad Cornelium collegam nostrum transmittere, ut deposita omni sollicitudine jam scire te secum, hoc est, cum *catholica Ecclesia* communicare; » s. Augustinus contra *Epistol. Fundamenta*, cap. 4. « In catholicæ enim Ecclesia, inquit, . . . tenet ab ipsa sede Petri apostoli, cui pascendas oves suas post resurrectionem Dominus commendavit, usque ad praesentem ejuscepsum successum sacerdotum; tenet postremo ipsum catholicæ nomen. » Sic patres ceteri quibus perinde erat romanam ac catholicam Ecclesiam nominare. Quod uberior ex dicendis opportuno loco constabit.

(1) Hoc novum non est; siquidem habemus ex remotissima antiquitate quod etiam veteres haeretici et schismatici, perinde ac haeretici et schismatici nostri temporis, affectaverint pro suis cotibus *Ecclesiæ catholice* denominationem. At frustra tun isti tun illi. Sic enim s. Augustinus illos refeltebat: « Una est catholicæ, cui haereses alias diversa nomina imponunt, cum ipsæ singulæ propriæ nominibus, que negare non audeant, appelleantur. Et quo intelligi datur, iudicantibus arbitris, quos nulla impedit gratia, cui sit catholicæ nomen, ad quod omnes ambunt, tribuendum » (lib. de Util. cred. c. 7); et alibi: « Tenenda est nobis christiana religio, et ejus Ecclesia communicatio, que catholicæ est, et catholicæ nominatur, non solùn a suis, verum etiam ab omnibus inimicis. Vehementer enim, ipsi quoque haeretici, et schismatum alumni, quando non cum suis, sed cum extraneis loquantur, catholicam nihil aliud quam catholicam vocant; non enim possunt intelligi nisi hos eam nomine discernant, quo ab universo orbe nuncupatur » (De vera relig. c. 7).

(2) Juverit hic describere verba protestantis Frid. Hunteri juxta versionem gallicanam Al. Saint-Cheron. Paris. 1858. in vita Innocentii III. lib. I. pag. 76. « En portant nos regards en arrière, scribit, et en avant sur la suite des siècles, en voyant comment l'institution de la papauté a survécu à toutes les institutions de l'Europe, comment elle a vu nature et périr tous les états, comment, dans la métamorphose infinie des choses humaines, elle a seule conservé invariablement le même esprit, devons-nous nous étonner si beaucoup d'hommes la regardent comme le rocher dont la tête immobile s'élève au-dessus des vagues mugissantes du cours des siècles? »

Que cùm ita se habeant, merito concludimus romanam Ecclesiam illis fulgere nous quibus vera Christi Ecclesia a falsis internosci debet, eamque præterea veram esse Ecclesiam a Christo Domino Salvatore nostro institutam.

*Predicatarum notarum defectus in omnibus societatis quæ non communicant cum Ecclesia romana.*

Ut compendio utamur, ad ostendendum nullis prorsus societatis ab Ecclesia romana divisis competere, aut competere posse receperitæ notas, ea ubi gemitus argumenta que illis omnibus communia sint.

Ac 1. communis est omnibus his cotibus defectus unitatis. Etenim omnes acephala sunt, et proinde legitima illa auctoritate sunt destituta, que principium est unitatis tum fidei tum communionis. Hac porro sublatæ auctoritate, non solum omne dissolviatur unitatis vinculum, sed necessario oritur principium divisionum sive fidei, sive communionis, cum nemo sit qui cogi possit ad eandem fidem profundam, et ad eamdem servandam communionem. Hinc eodem jure, quo quilibet *sacerdotum emendatores* ab avo apostolico usque ad nos, id est a nicolaïtis et simonianis, usque ad quakers, methodistas seu wesleyanos, whitefieldistas, kilhamitas, juniperos, irvingitas, etc., insurrexerunt adversus apostolos, et Ecclesiæ catholicæ seu romanam, insurge posse sunt adversus communionem seu cœtum in quo instituta sunt individua singula, ac novos cœtus condere. Sic eodem jure quo novatiani, donatiste, greci, russi, anglicani, parva in Gallis ecclesia a centro unitatis, romano scilicet pontifice recesserint, eodem poterunt jure recedere a proprio patriarcha, primatu, episcopo, aut sacerdote eorum subditu, et in novas societates coire (1). Sane experientia ostendit ita semper factum esse: quod si plena dissolutio integræ cœtus cuiuslibet non contigit, ideo est aut quia homines non semper sibi coherent, aut quia cause extiores et politice plerumque obstiterant (2). Quod si sermo sit de ultra-protestantismo, ut vocant, qui systema profitetur liberi examini, res adhuc evidenter sit: exinde enim ortæ sunt fluctuationes, mutationes, phases quibus sectæ illius omnes obnoxiae fuerunt et sunt (3); exinde cuiilibet fīs est impune quodvis docere.

(1) Sane eodem jure que ex. g. Photius aut Michael Cerularius se subtraxerunt ab auctoritate romani pontificis, eodem poterunt singuli episcopi se subtrahere ab auctoritate patriarchæ Constantinoïoltani, immo fortiori, cum hujus patriarchatus instituto ecclesias ita sit, auctoritas autem supremi capituli in universa Ecclesia sit juris divini, ut postea ostendemus. Idem dicit per analogiam d. ceteris cotibus schismaticis. Idem de haereticis: si enim licuit innovere heresiarib[us] adversus Christi Ecclesiam, quare non licebit innovere contra peculiaria iurisdictio[n]e heresiarib[us] dogmata, eo magis quod nemo possit sibi tribuere infallibilitatem quam ecclesiæ uero dicessit, vel negavit? Et hoc adversus anglicanos quoque objiciunt dissentientes, ipso referente Palmeri qui perperam ut ab illorum cotibus suam tuatæ ecclesiam ad speciosum sed gratuito conflictum Oxoniensem modernorum systema congitit.

(2) Exinde oritur systema persecutions que in omnibus sectæ acatholicis, apud quas obtinet principatus politicus, plus minus vident ac viget. Satis est ad hoc sibi persuadendum lustrare publicas ephemeredes et publica documents. Nimur hisce armis ac præsidis sectæ, que omninae carent vita stabilitatem sibi querere conantur.

(3) Cf. que scripsimus in tract. *De vera religione*, p. 2, prop. 9.

cuim caput, prout lubet, aut admittere aut rejicere aut immutare pro subjectiva persuasione; exinde rationalismus et mythicismus prodierunt, qui sub christiani nominis larva atheismum aut certe nudum theismum invexerunt. Haec est ultima periodus ultra quam protestantismus progredi non potest (1).

Cum vero note relique juxta dicta in unitate, viritate saltem confineantur, et ex ea progignantur, jam patet, quod si nulli societati ab Ecclesia romana se juncte competere potest unitas, competere pariter ceteras notas non posse. Profecto sanitas, qua corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia, vivit, nequit taberi ubi non est unitas; nam si membra nullo sunt inter se nexus conjuncta, si careant capite, impossibile omnino est ut corpus constituant quale describit Apostolus (*Ephes. IV, 16*), ac propterea a spiritu informetur ac vivat: tales porro sunt ex modo dietis societates omnes ab Ecclesia romana se juncta: omnes igitur vita supernaturali de qua loquimur, seu sanctitate plane sunt destituta. Quod si sanctitate

(1) Omnim sectarum et schismatum, necnon rationales et mythicismi fontem perbeli detegit et exponit cit. Hutter lib. XIV. vitæ Innocentii III. pag. 4. 5. Cujus philosophicas ut ita dicam, hac de re meditationes hic placet referre. L' esprit humain, inquit, dans le pressentiment d'une dignité supérieure, dans la conscience de sa vaste activité, dans la joie de parvenir à s'élançer dans les hautes régions d'où découle toute existence, et de pénétrer les profondeurs immenses qui voilent le mystère de la vie, se raidit quand on veut lui imposer des dehors ce qu'il se croit capable de découvrir en lui-même. Souvent il regarde comme une barrière indigne de lui la prétention de lui assigner une source suprême de toutes connaissances, parce que, dans son orgueilleuse suffisance, il croit porter en lui la vie et la force, pouvoir séparer à sa volonté la lumière des ténèbres, et fonder sur l'indépendance de son jugement la différence entre le bien et le mal. C'est ainsi que dans tous les temps l'ancienne défection s'est renouvelée sous mille formes, mais toujours la même dans sa nature. Il est vrai, l'Éternel, dans sa miséricorde, a envoyé celui qui est le chemin, la vérité et la vie, et par lequel les enfants égarés doivent retourner auprès de leur Père;

(2) Hiac Erasmus in *Biatrice de lib. arbitrio*. locuens de Lutherani: « Nullus, inquit, illorum adhuc extitit, qui vel equum claudum sanare potuerit, » citi Lutherus in lib. *De servo arbitrio* respondet: « A nobis, qui negamus liberum arbitrium, miracula exigiri non debent; » et Calvinus *propositio*, *instit.* « Improbis faciunt, at, quod miracula a nobis oscunt. » Attamen nemo ignorat fraudes ad quas identidem recurrerunt ut saltē miracula conflagrarent: ast, Deo obniti, et haec incassum reciderunt. Cf. qua retulimus in tract. *De vera relig.* p. 1. cap. 5. col. 164. not. (e).

(3) Consultant controversiste, presertim vero Bellarminus in lib. II. *De monachis*. Profecto novissime E. B. Pusey, regius professor in universitate Oxoniensi, in opere cui tit. *Letter to the right rev. Lord Bishop of Oxford on the tendencies to romanism*, etc. seu *Epistola ad episcopum Oxoniensem circa tendentiam versus romanismum adscriptam doctrinis antiquis propugnat*, etc. ed. 2. Lond. 1859, amare conqueritur de tyramide quam exercet ecclesia anglicana, dum omnes ministros suis cogit ad incundam conjugium, ac eos impedit quomodo excellenter emittant, ut vocat Apostolus consilium virginitatis seu celibatus, sequatur. Id Christi et Pauli verbis palam adversari profitteri qui virginitatem non commendarunt modo, sed etiam aperte consuluerunt. Id christiana perfectione nervos in sacris ministris elidere solet. Quia etiam sacras virgines in anglicana ecclesia sicut in romana vita castimonia florere vellent! Egregia sane ac merito laudanda animi vota. Que tamen quid aliud produnt nisi ecclesiastici illam, que hanc vita christiana perfectione omnino caret, Christi Ecclesiam esse non posse? Cf. pag. 209. seqq. Integrum ejus textum referremus nisi esset nimis prolixus.

(4) Cf. Lessium in op. *Quae fides et religio sit capessenda consultatio*. Inter opuscula edit. Antwerp. 1626, pag. 709 seq. Consid. IX. *Ratio quinta. Ex ritu et morum conditione*. Item in ejusd. appendice: *utrum Calvini convictus fuerit sodomie et ob eam causam stigmata inveniatur*. Cf. etiam *Le ministre protestant aux prises avec lui-même*, par M. A. F. Lyon, 1859. in app. pag. 167 seqq. *Les apôtres du protestantisme peints les uns par les autres*. Plura pariter in hanc rem supeditata documenta Dr. August. Theiner in op. *La scissia e le relazioni di essa colla sancta Sede*, etc. Roma 1858. part. I. cap. 5. pag. 186 seq.

(5) Cf. Lessium in cit. *consultat.* et in cit. append. cap. 5. *utrum Calvini docuerit Deum esse auctorem omnium sectarum*. Sed presatis ejusdem Calvini verba describere; sic iorbo loquitur *Instit.* lib. III. cap. 27. § 7. « Iterum quo: uade factum est, ut tot gentes una cum liberis eorum in seculi XVI. faciem prætulerunt.

omnes ejusmodi cœtus orbati sunt, impossibile pariter ipsi est ut exterius per notam visibilem manifestent eam sanctitatem quam non habent, non per professionem fidei quam juxta excusum systema libertatis examinis habere nequeunt, aut saltem non possunt integrum conservare defectu auctoritatis (1); non per donum miraculorum ceterorumque charismatum quibus Deus Ecclesiam suam præditam voluit, cum ejusmodi dono cœtus isti prorsus omnes destituuntur (2); non per vita sanctimoniam quæ complectatur ipsa evangelica consilia, queque propria est vera Ecclesia Christi, siquidem societas ista, presertim recentiores, ab illis summopere abhorrent (3); non per fecunditatem in gentium conversione, utpote sterilitate mulctata. Et hæc quidem in universum: si enim ad protestantismum et ad sectas ab eo progenitas singillatim oculos convertamus, præter ignobilitatem originis quæ accepta referenda est hominibus nequissimis et in omnem libidinem effusis, superbis, invidis, elatis omnique vitorum colluvie inquinatis (4), tales in eo doctrinæ vigent aut saltem viguerunt, ut sanctitas omnis eliminetur; e.g. Deum plures condidisse homines in eum tantum ut perpetuo damnarentur (5); in omnibus Adæ

(1) Hujus rei luculentissimum exemplum habemus in ecclesia anglicana, que defectu hujus auctoritatis impedire non potuit quomodo assecutæ sui in protestantismus dilabentur: qui vero nunc ad pristinum statum eam revocare satagunt, *romaneses* audiunt ac *papiste*; idem dic de Linuferis partibus in quas ecclesia illa dissecata est.

(2) Hiac Erasmus in *Biatrice de lib. arbitrio*. locuens de Lutherani: « Nullus, inquit, illorum adhuc extitit, qui vel equum claudum sanare potuerit, » citi Lutherus in lib. *De servo arbitrio* respondet: « A nobis, qui negamus liberum arbitrium, miracula exigiri non debent; » et Calvinus *propositio*, *instit.* « Improbis faciunt, at, quod miracula a nobis oscunt. » Attamen nemo ignorat fraudes ad quas identidem recurrerunt ut saltē miracula conflagrarent: ast, Deo obniti, et haec incassum reciderunt. Cf. qua retulimus in tract. *De vera relig.* p. 1. cap. 5. col. 164. not. (e).

(3) Consultant controversiste, presertim vero Bellarminus in lib. II. *De monachis*. Profecto novissime E. B. Pusey, regius professor in universitate Oxoniensi, in opere cui tit. *Letter to the right rev. Lord Bishop of Oxford on the tendencies to romanism*, etc. seu *Epistola ad episcopum Oxoniensem circa tendentiam versus romanismum adscriptam doctrinis antiquis propugnat*, etc. ed. 2. Lond. 1859, amare conqueritur de tyramide quam exercet ecclesia anglicana, dum omnes ministros suis cogit ad incundam conjugium, ac eos impedit quomodo excellenter emittant, ut vocat Apostolus consilium virginitatis seu celibatus, sequatur. Id Christi et Pauli verbis palam adversari profitteri qui virginitatem non commendarunt modo, sed etiam aperte consuluerunt. Id christiana perfectione nervos in sacris ministris elidere solet. Quia etiam sacras virgines in anglicana ecclesia sicut in romana vita castimonia florere vellent!

(4) Cf. Lessium in op. *Quae fides et religio sit capessenda consultatio*. Inter opuscula edit. Antwerp. 1626, pag. 709 seq. Consid. IX. *Ratio quinta. Ex ritu et morum conditione*. Item in ejusd. appendice: *utrum Calvini convictus fuerit sodomie et ob eam causam stigmata inveniatur*. Cf. etiam *Le ministre protestant aux prises avec lui-même*, par M. A. F. Lyon, 1859. in app. pag. 167 seqq. *Les apôtres du protestantisme peints les uns par les autres*. Plura pariter in hanc rem supeditata documenta Dr. August. Theiner in op. *La scissia e le relazioni di essa colla sancta Sede*, etc. Roma 1858. part. I. cap. 5. pag. 186 seq.

(5) Cf. Lessium in cit. *consultat.* et in cit. append. cap. 5. *utrum Calvini docuerit Deum esse auctorem omnium sectarum*. Sed presatis ejusdem Calvini verba describere; sic iorbo loquitur *Instit.* lib. III. cap. 27. § 7. « Iterum quo: uade factum est, ut tot gentes una cum liberis eorum in

postoris extinetum penitus esse liberum arbitrium, adeoque ferrea illos necessitate sive ad bona sive ad prava opera impelli (1), inutilia esse opera bona ad saltem, imo prava opera ad sanctitatem conferre (2), aliaque sexenta id genus errorum monstra, que protestantismus docuit ac docet, quorumque vel ipsos ethicos suppuderet.

Deest autem hoc ipso societatibus his omnibus catholicis ejusque nota; si enim illis deest unitas, quomodo poterit penes eas identitas fidei et communio inveniri? Historia variationum locupletissimum est argumentum ejusmodi defectus. Possemus hos omnes provocare cœtus ad edendam fidei professionem quæ communis vel uni illorum sit, et quæ semper apud eum obtinuerit, si forsitan excipias partem negativam et aversionem a communi ipsorum matre, Ecclesia nempe romana seu catholicæ; nihil dicemus de particulis in quas unaqueque societas dissecatur, que vix numerari possunt, cum hæc notissima sint (3).

fantibus æternis morti involveret lapsus Adæ absque remedio, nisi quia Deo ita visum est? His obmutescere oportet tam dicaces aliquoquin linguis. Decretum quidem horribile, fateor: indicari tamen nemo poterit qui presiceretur Deus quem exitum esset habitus homo antequam ipsum condiceret; et ideo presiceretur quia decreto suo sic ordinatur.» Ed. Amstelod. 1667.

(1) En textum Lutheri quem excerpti ex ejus libro *De servo arbitrio*: « Sic humana voluntas in medio positæ est, seu jumentum: si insederit Deus, vult et vadit quo vult Deus; si insederit Satan, vult et vadit quo vult Satan, nec est in ejus arbitrio ad utrum sessorem currere, aut eum querere, sed ipsi sessores certa ob ipsum obtineandum et possidendum. » opp. Luth. edit. Jenæ 1537. tom. III. fol. 177. tergo. Ne plura alia testimonia referam, ea cf. apud Coccum Op. cit. pag. 1058. qui congressi pene innuera ex Lutherio, Calvinio, Melanchthon, etc. Cf. etiam Bossuet *Deux avvertissements aux protestants*, edit. Versailles 1816. tom. XXI. §. 19. p. 117 seqq. nec non Th. Moore *Voyage d'un jeune irlandais à la recherche d'une religion*. Trad. de l'angl., Paris, 1856. chap. 40. *Doctrine de Luther, esclavage de la volonté*, pag. 244 seqq.

(2) Alias hujus assertiois attulimus documenta. Cf. praeterea Moore op. cit. chap. 40. p. 533 seqq. ubi ostendit Amsdorium et Agrippam Lutheri discipulos rejecuisse abrogationem legis Dei utpote iudaicam et antichristianam; priores item sectas adiuste idipsum in Anglia docere; Fletcherum Wesleyi discipulum docentem methodistas accusare *legitimationem* bonorum operum, excusare adulteria, homicidia, etc. Neque reponi potest hos homines aut sectas excessisse: siquidem hæc necessario profluent ex intima protestantismi doctrina, ut patet per se, et clarissimo in lumine collocavit Moehler in celebri sua *Symbolica*, et patet præterea ex ipsa Lutheri principiis. Nam in lib. *De captiv. Babylon.* cap. *de baptismo*: « Vides, inquit, quam dives est homo christianus, sive baptizatus, qui etiam volens non potest perdere salutem quantumcumque peccatis, nisi nolit credere. Nulla peccata eum dannare possunt, nisi sola incredulitas; » et in serm. *De piscatura Petri*: « Erga Deum non operibus, sed nuda fide indigenus. Debemus enim cum solo Isaac venire, hoc est, cum fide: servos et asinas, hoc est, opera deorum demittere oportet. Quanto scleratior es, tanto citius Deus suam gratiam infundit. » Hæc aliaque ejusmodi Lutheri principia cf. apud Coccum op. cit. p. 113. Ex his colligerunt Antinomiani in *confess. Mansfeldensis*: « Lex non est digna ut vocetur verbum Dei: si mererit es, si scortaris, si adulteras, vel quicunque alias, tantum crede, et es in via salutis, cum in medio peccati heres. Decalogus ad curiam pertinet, non ad suggestum: quibuscumque cum Mose res est, recta via tendunt ad diabolum, imo ad malam rem cum Mose. Dictum Petri: *certainam facit vocacionem vestrum per bona opera*, est inutile. Quandocumque tibi talis incedit cogitatio, hoc vel illo modo in Ecclesia rem geri debere, ut sint homines boni, honesti, sancti et casti, iam aberrasti ab evangelio, » etc. Ibid. Jam vero, ubinam pagani ipsi talia docuerunt? O præclaros sacrorum emendatores! O egregios romanæ Ecclesiae reformatores!

(3) Cf. ex antiquis s. Ireneum *Adv. heres*, lib. V. 1. Epiphanius lib. III. s. Augustinum de heresibus lib. I. Theodoreum *hereticarum fabular*. lib. V. Philastrium

Quod dictum est de identitate fidei patet dici parenter debere de identitate communionis, quæ ex defectu capitis subsistere nequit: unaquæque enim in propria regione ubi reperitur suum *consistorium*, ut vocant, suum præsidem, suos ministros habet, qui nulla ratione consistorio, præsidi, aut ministri alterius regionis subjiciuntur. Quapropter, quod consequens est, nulla universalis reperitur apud eos diffusio, sed quilibet cœtus, et uniuscujusque cœtus portio divisi sunt ab invicem et independentes juxta regimen cui subsunt; hinc quilibet secta seorsum sumpta nonnisi angustum terræ angulum occupat. Carent proinde istius modi societas omnes catholicæ, et catholicitatæ nota quoad utramque sui partem; materiale scilicet atque formale.

Denique nullis ejusmodi cœtibus competere, aut competere posse apostolicitatem ejusque notam, evidenter constat ex singulorum origine; unusquisque enim eorum erupit determinata epocha, quæ ab historia assignatur, e. gr. ante Lutherum nulli erant lutherani; nisi Henricus VIII. in Anna Boleyn oculis novum evangelium legisset, adhuc ignorarentur anglane, et ita porro. Nulla omnino secta ascendit usque ad apostolos, aut perseveravit in communione fidei et charitatis cum legitimis successoribus apostolorum seu cum ecclesiis per legitimam ordinatorem nunquam interruptam apostolicis. Utrunque enim ad apostolicitatem et ad ejus notam constituentem requiri ostendimus. Jam vero nullus est cœtus a romana Ecclesia separatus qui hunc characterem pre se ferat. Si qui autem ætate apostolorum exorti sunt, præterquam quod fuere ab apostolis damnati et ab Ecclesia rescissi, cito evanuerunt, adeo ut ex tot sectis tunc temporis aut paulo post exortis, sec. III. exente nulla superfuerit, si aliquot misere huc illic palantes fortasse excipias.

Atque ut jam fructum aliquem capiamus ex his quæ fusiō calamo pro rei gravitate de qua agitur disseminimus, tum de Ecclesia romana cui omnes et singulas notas veræ Christi Ecclesiae competere ostendimus, tum de societatibus ab ea se junctis quarum nulli pariter luculenter demonstravimus nec unam competere aut competere posse, ut illuc redeat oratio unde discessit, concludimus.

1. Ergo Ecclesia romana est sola vera Christi Ecclesia; est unicum corpus Christi mysticum individuum ac jugiter vivens, quod a Christo ejusque apostolis semper et ubique perseverat ac manet, unica eius sponsa ac dilecta, una ejus columba sancta et immaculata.

2. Ergo societas omnes quæ identidem ab ea divisæ sunt aut expulsa ob ipsarum pervicaciam, totidem sunt sectæ antichristianæ, Deo odibiles, jamdui a Christo ejusque apostolis in earum antesignanis proscripæ et reprobatæ, aut totidem humanæ superbiæ monumenta, et arboreas autumnales infructu-Brixiens. *Hæreologie* in biblioth. patrum de la Bigne, ed. II. Paris, 1639. tom. IV. ex recentioribus Bernini *Istoria di tutte le eresie*. Paletta *Storia ragionata delle eresie*. Veron. 1797. Pluquet, *Dictionnaire des hérésies*. Grégoire, *Histoire des sectes*. Paris, 1829.

se, his mortuæ, eradicatæ, fluctus feni maris despumantes suas confusiones, sidera errantia : quibus procella tenebrarum servata est in æternum » (*Epist. Judee* vv. 12, 13). Loquimur autem, ut patet, de sectis; nam quod spectat ad individua quæ ad eas pertinent, quid sentiendum de iis sit, exposuimus in tractatu de vera religione (P. II. prop. XI).

**DIFFICULTATES.** Peitæ ex Ecclesia romana adversus notam unitatis.

**Obj.** Romanæ Ecclesie unitas nominis duntaxat est, non autem rei. 1. Deest enim illi in primis unitas fidei cuius regula adhuc nutat; alii siquidem in ea ecclesia contendunt hanc regulam constitui a rom. pontifice cuius inerrantiam propugnant, alii vero mordicus pugnant pro infallibilitate, ut vocant, conciliorum œcumenicorum, neutri proinde eam competere concludendum est. 2. Sed quod magis mireris illud est, quod nondum cœniverint Pontifici in re cœnica conciliorum œcumenicorum; Gallis enim œcumenica concilia sunt Constantiense et Basileense, Italis vero Lateranense V. et Tridentinum. 3. Verum non est cum hac fuisse persequamur cum ex facto luculentissime constet nispam in Ecclesia romana reperiri fidei unitatem. Etenim omissis acerrimis disceptationibus quæ in scholis catholicis circa prædestinationem et gratiam, circa probabilitum ac singula fere ethics capita exardescunt, quo si ut in plures factiones scindatur (1), his, inquam, omissis, nemo negaverit Ecclesiam romanam refertam hereticis esse: fatentibus quippe romanensibus omnibus, doctrina Jansenii heretica est; porro longe lateque per Ecclesiam universam janseniani diffusi sunt et a ducentis annis adhuc perseverant eidem ecclesiæ mordiens adhaerentes. Nemo inficias veritatem, refertam *incredulis* esse, et *indifferentis* tam magno numero, ut eam obruere videantur ac fidem subjecere ejusdem membrorum. Constat præterea eamdem ecclesiam refertam esse schismatis, ut liquet ex episcopis constitutionalibus eorumque assecis qui in Gallis non communicant cum episcopis a Pio VII. constitutis; deest igitur etiam unio charitatis seu communionis. 4. Quæ cum ita se habeant, quo abit illa romanensis jactantia, quod in sua ecclesia omnimoda, plena ac perfecta vigeat unitas, ad discri men sectarum quæ in frusta scinduntur? Ubi illa auctoritas infallibilis sive ecclesiæ sive pontificalis quam tantopere commendant veluti principium seu medium efficax unitati conservande quam neque agnoscunt filii ejus? 5. Ne vero hæc amplificata videantur, juverit ea confirmare auctoritate Gregorii XVI. qui in encyclica an. 1832

(1) Ita passim protestantes recentiores, inter quos Gablerus in orat. *De tenuis initis, vera natura et inducto doctrinae evangelicæ*. Jenæ, 1818. pag. 48. scribere non verebuntur: Quante lites, quanta dissidia, quanta odio, imprimis inter ordines monachorum, dominicanorum, franciscanorum, jesuitarum, hucusque Ecclesiæ catholicae misere turbarunt! Non modo antiquiores doctores ecclesiastici, patres vocant, in quocunque fere doctrina ecclesiastica capite admodum inter se dissident, verum et recentiores romano-catholici, ipsique presules romani, quorum decreta hanc raro inter se pugnant. Atque etiam accrescit, ut dicunt, *subsumptæ* in scholasticis concordatio nibus et episcopales, ultramontanos et mere catholicos.

edita inter cetera hæc habet: « Vere dixerimus hominum nunc esse potestatis tenebrarum ad cribrandum sicut triticum filios electionis. Vere luxit et defluit terra infecta ab habitatoribus suis, qui transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissiparunt fœdus semperitum... Loquimur, ven. Fratres, quæ vestris ipsi oculis conspicitis, quæ communibus idcirco lacrymis ingemiscimus. Alacris exultat improbitas, scientia impudentia, dissoluta licentia. Despicitur sanctitas sacrorum, et quæ magnam vim, magnamque necessitatem possidet, divini cultus majestas ab hominibus nequam improbat, polluitur, habetur ludibri... vexatur acerrime romana hæc nostra B. Petri sedes... et vincula unitatis in dies magis labefactantur, abrumptur; divina Ecclesiæ auctoritas oppugnatur, ipsiusque juribus convulsis substernitur ipsa terrenis rationibus, ac per summam injuriam odio populorum subjicitur, in turpem redacta servitum... Personant horrendum in modum academicæ et gymnasia novis opinionum monstris etc. Alteram mone persequimur causam malorum uberrimam, quibus afflictari in præsens comprobamus Ecclesiæ, *indifferentium* scilicet, seu pravam illam opinionem, quæ improborum fraude ex omni parte percrebuit, etc. Vividioribus sane coloribus pingi Ecclesiæ romanensis non poterat (1). 6. Quod si post hæc aliqua unitatis umbra deprehenditur in ea ecclesia, coactiva potius dicenda est quam voluntaria, aut ex ejus natura progenita; etenim et historia lucis clarius docet, Ecclesiæ catholicæ per tot tantaque facinorum monstra nefanda, quibus crudelissime usata est ad hereticos extirpandos, impetrare non posset, quominus in ipso ejus cœtu partium studiis dilacerato innumeris fere essent christiani, qui puriore impieti cognitione a decretorum et cultus ecclesiæ catholice commentis longissime abhorrent, nec, nisi clericorum astuta crudelique dominatione revincti, aut commodi sui perverso studio ducti, in sinu ecclesiæ sue continerentur » (Sic Wegscheider § 30). Ergo.

**Resp. N. A. Ad. 1. prob. N.** Omnes enim catholicæ unanimiter profertur romanum pontificem cum Ecclesiæ seu corpore pastorum sive in concilio sive extra concilium esse prorsus infallibilem. Hæc regula nunquam mutavit aut nutat, quod in præsentia nobis satis est. Si qua præterea controversia circa potiorem partem hujus regulæ excitatur, eadem non attingit regulam ipsam, ac tota domestica est, cuius momenta ab unaquaque contendentiæ parte proferri solita, postea expendemus. Absurdum porro est ex eo quod non satis constet inter catholicos, ultra auctoritas potiorem sibi vindictæ partem, an scilicet pontifex seorsum spectatus, an vero Ecclesiæ seu concilium, concludere neque in Pontifice cum Ecclesiæ seu concilio eam residere, perinde esset ac inferre, quod cum disputent physiologi utrum in cerebro an in corde, seu, in systemate nerveo, aut vasculari proprio

(1) Ita Palmer, cuius difficultates quas ipse in quatuor prolixis appendicibus tom. I. a pag. 518 ad pag. 560, fuisse persequitur, contrariantur. Quæ porro ipse tanto apparatus exponit si ad logicum methodum exigenteretur, vix locum darent, ut dicunt, *subsumptæ* in scholasticis concordationibus et episcopales, ultramontanos et mere catholicos.

vita residat, eam neque in toto homine residere (1).

**Ad 2. D.** In iis quæ in præfatis conciliis adversus haereticos definita sunt et a rom. pontificibus confirmata, N. in iis quæ probata a rom. pontifice non sunt, aut in disciplinaribus decretis, Tr. Jam vero omnes pariter catholicæ in eo convenient definita in conciliis Constantiensi et Basileensi adversus wiceliftas, hus-sitas, bohemos et a Martino V. et Eugenio IV. confirmata sunt, plenam obtinere auctoritatem, et in hoc nulla est disceptatio. Ad reliqua vero quod attinet quæ dogma non attingunt, neque perhibentur a roman. pontifice probata, ad criticam devolvuntur, et nos pro opportunitate expendemus. Concilium Lateranense V. ob exiguum episcoporum numerum a non nullis de ejus œcumenicitate dubitatum est. Ceterum nunc ab omnibus uti vere œcumenicum habetur etiam ab ipsis Gallis (2); Concilium Tridentinum in fidei decretis ab omnibus omnino catholicis ut œcumenicum et infallibile habetur, et patet ex fidei professione, quæ jussu Pii IV, ab omnibus elicetur in universa Ecclesia (3).

**Ad 3. N.** Neque contrarium evincunt disceptationes theologorum, cum omnes in dogmatibus convenient; controversiae versantur duntaxat circa modum ea conciliandi quæ difficultatem præ se ferunt, qui modus ut plurimum cum impervius sit, nil mirum si inter se non convenient, et salva charitate uniuscuiusque scholæ theologi illi systemati adhaerant quod magis ad optatum finem conducere videatur, parati semper ad illud judicium amplectendum quod forte tulerint. **Sedes.** Idem dic de institutoribus ethics christiana, qui sibi munus sumperserunt eam ad singulos causas praticos applicare; cum vero hi pro innumeris prope adjunctis variant, mirum esse non debet, si identiter ab invicem discedant. Si interdum in hoc perdifficili munere obeundo aliqui lapsi sunt, statim revocati fuerunt ex censura lata a s. Sede in erroreas aut falsas eorum theses (4).

(1) Attamen hic est paralogismus quo utitur Palmer op. cit. tom. II. p. 4. cap. 7. sect. I. p. 152. seqq. ubi nititur evincere infallibilitatem syndicœ œcumenicae celebrante et confirmante a solo rom. pontifice, esse in ecclesia romana meram opinionem. Eius haec in parte systema peculiare postea discutiemus.

(2) Nunquam enim in hoc concilio episcoporum numerus ad centesimum et vigesimum pervenit. Cf. Cabassutum: *Notitia conciliorum* sect. XVI. Prater Cabassutum, Labbeus, Harduin, alijque conciliorum galli collectores. Actum in eo potissimum est de extirpatione schismatis, rescissa sunt acta conciliabuli Pisani, prescripta pragmatica sanctio gallicana, definitum est animam rationalem esse immortalem, nec unam in pluribus hominibus, sed unusquis propriam secus ac docuerunt Ayvères, Pomponatus aliquis pro id temporis delirantes philosophi. Si tamen audias Leopoldum Ranke in sua *Histoire de la paix de paix*, doctrina hæc communis suffragia in œcumenico concilio proscripta, mentes Italorum invaserat.

(3) Hoc fatetur Palmer, qui proinde hac de causa animum despondit circa unionem sectarum cum Ecclesia romana.

(4) Huc spectant propositiones a rom. pontificibus condemnatae de quibus cf. *Viva la Truthum thessem damnaturum*. Exinde patet in Ecclesia romana semper praesto esse remedium, cum aliqua irrepreserit ex parte individualium prava doctrina. Vix enim aliqua propositio damnata fuit, ut nemo theologorum catholicorum eam amplius defendenter. Profabant simile exemplum cotus quicunque ab Ecclesia catholica sejuncti. Nunc vero ut ad Gableri aliorumque ejus symmystarum, qui exprobant catholicis nullius frugis concertationes, quarum vix supersunt vestigia, sermonem contumeliam, si urgeremus aversus illos controversias omnes

doctrinæ jansenianæ assecæ sive occulti sive manifести qui tanto temporis lapsu ubique sere Ecclesiam a qua damnati sunt, infestarunt, quin eam maculaverint, eadem ratione qua olim manichei, ac pelagiani haeretici qui nunquam se ab Ecclesia separarunt, illam hæresi sua non infecerunt (1). Quando doctrina aliqua ut hæretica solemiter ab Ecclesia proscripta est, regula ac norma est constituta; quod si peculia ria individua pervicaciter eidem obsistunt, sibi ipsis innocent, non autem Ecclesie que eos extra fidem ac propterea salutis viam esse pronuntiat. Ejusmodi perduelles possunt quidem esse in Ecclesia, quamdiu peculiari sententia extores ab ea facti non fuerint, non autem de Ecclesia, ut loquitur s. Augustinus. Quid si illi notorietate juris aut facti manifesti sint, quin resipiant, in articulo mortis sacramentis privantur, ac deinde ecclesiastica sepultura (2). Idem ferri judicium debet de ejusmodi schismaticis, incredulis et *indifferentiis*, de quibus loquitur adversarius, cum eadem plane sit ratio. Omnes isti operari iniquitatis sunt; illud pravum semen quod inimicus homo, seu diabolus in agro dominico supersemnat ex Dei permissione ad bonorum exercitum, et exitium malorum; sunt paleæ ad comburendum destinatae (3).

easque gravissimas, dissida, simultates acerrimas quæ exorta sunt et passim adhuc noce penes ipsis exoriantur, quæque juxta systema fundamentale protestantismi de libertate examinis et independentia individuali nunquam componi poterunt, vix integrum volumen iis complectendis sufficeret. Satis hic sit specimen ergo vel præcipua nomina recensere sectarum quæ ex solo lutheranismo suum habuerunt ortum: vix enim ille lucem aspergit, illico prodierunt anabaptisti, antiomianî, osiandrianî, stancariani, maorista, ansoriani, synergisti, flacciani, adiaphoristi, substanciali, accidentarii, musculari, ubiquiste, etc. quæ rursum sectas subdivisa sunt, et iterum divisæ, ut ita dicam, in infinitum, ac se invicem proscindebant. Cf. Jo. Coccum op. cit. *de signis ecclesiæ* art. 7. ubi prolati documents ostendit Lutherum a Luther, Melanchthonem a Melanchthon, Calvinum a Calvino, lutheranos a lutheranis, sacramentarios a sacramentariis, anabaptistas ab anabaptistis, antitrinitarios ab antitrinitariis mirifice dissidere; item art. 8., 9. et 10. in quibus idem argumentum fuse persequitur ostendendo quonodo lutherani a calvinistis ac reliqui sectarii ab invicem dissentiant ac matuo se damnent: ibidem invenies singularia encomia quibus se mutuo commendant, quæ talia sunt, ut nihil unquam adversus illos a catholicis simile prolatum fuerit. Et isti nunc exprobant nobis domestica dissidia! Si Gablerus adiret Hollandiam, ibi posset compere quamnam pax inter ministros illos vigeat. Ceterum ab omnis erroris nota thomistæ vindicat Bossuet: *Deuxième avertissement aux protestants* § 10. molinistas vero ibid. § 18. Itaque inter hos theologos aliosque catholice ecclesiæ doctores non agitur nisi de opinione liberis, in quibus profecto tuendis non leditur caritas: quod si nonnulli privati interdum excesserunt in disputandi astu, eos coercerunt rom. pontifices sapientissimi decretis et ad pacem cohortati sunt. Nonnulla de cœpta hæc spectantia retinimus in tract. *De gratia*, p. I. cap. 4. col. 1548. quibus alia adjici possent.

(1) Notum est quibus artibus se tegere manichæ ne agnoscerentur in Ecclesia catholica: hæc spectant de cœpta s. Leonis M. et Gelasiï de sumenda eucharistia sub utraque si ecclie, ut hac ratione illi haereticæ degeantur. Quod vero attinet ad pelagianos, de iis scribit s. Augustinus I. *De peccato orig.* cap. 17. n. 18. « Eos propterea sectabantur, quia catholice communione videbant esse sociatos. » Eadem refert Marius Mercator apud *prædest. heres* 88.

(2) Plura documenta huius agendi rationis exhibet historiæ eccles. in Gallia; recente est exemplum epis. op. constitutionalis et jansenistarum Grégoire, de quo alias scriptissimus.

(3) Quo igitur abeat omnia anecdota congesta a Palmer de jansenistis in Gallia, de jacksonis et tamburianis in Italia, de clericis petentibus dispensationem aut etiam abrogationem legis colibatus in Germania, aliaque ejusmo-